



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117867**

§. 13. Æneas Episcopus Parisiensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66103)

omnibus proſit, ſed ſi non bibitur, non me-  
detur.

Sæculum IX.  
A. C. 853.

## §. XIII.

*Æneas Episcopus Pariſienſis.*

Prudentius Episcopus Trecenſis ex numero illorum fuit, qui his quatuor Articulis ſubſcripſerunt, & nihilominus eodem anno octingenteſimo quinquageſimo tertio ſe iisdem adverſari datis publice litteris profeſſus eſt. Erchanrado Episcopo Pariſienſi fatiſ functo, Æneas, in Palatio Notarius, poſtulante Rege Carolo ei ſuffectus. Extat Decretum Electionis a Lupo Abbate Ferrarienſi compoſitum, & ad Venilonem Archiepiſcopum Senonenſem, ceterosque illius Provinciae Episcopos, nomine Clericorum Eccleſiae Matricis Pariſienſis, Monachorum S. Dionyſii, S. Germani, S. Genoveſæ, S. Petri de Foſſis aliorumque Monasteriorum directum, quo declarant, ſe Regis deſiderio acquieſcentes Æneam Episcopum expetere. Illo igitur Concilio ad confirmandam hanc Electionem congregato, Prudentius Trecenſis ob corporis infirmitatem venire prohibitus, per litteras abſentiam excuſavit, in quibus dicit, ſe in Ordinationem futuri Episcopi conſentire, ea conditione, ut ſubſcribat omnibus Decretis S. Sedis & Scriptis Patrum; ſpecialim vero quatuor Articulis.

Hincm. de  
præd. c. 21.  
c. 26. to. 8.  
Conc. pag.  
1875. Lup.  
ep. 98.

to. 8. pag.  
1885.

Sæculum IX. A.C. 853. Articulis contra Pelagianos pugnanti-  
 bus, videlicet: *Primo, Liberum arbitrium in Adamo perditum, nobis in Jesu Christo restitutum fuit, ita ut ejus Grætia ad omne opus bonum indigeamus. Secundo, Deus ante omnia Sæcula hos per suam gratuitam misericordiam ad vitam æternam, alios per Justitiam incomprehensibilem ad pœnam prædestinavit. Tertio, Sanguis Jesu Christi effusus est pro omnibus hominibus, qui in eum credunt, non vero pro illis, qui in eum non credunt. Quarto, Deus omnes salvat, quos vult salvare, & hos, qui non salvantur, salvare non vult. (\*)* Hi sunt quatuor Articuli, quibus tanquam Doctrinæ S. Augustini clarissimæ Neoelectus Episcopus subscribe-  
 ret Prudentius volebat.

Credibile etiam est, Æneam subscripsisse, cum Prudentius in ejus Ordinationem consenserit. Ipsi enim nomen legitur inter ceteros Episcopos illius Provinciae in epistola scripta nomine Venilonis & ipsius Suffraganeorum ad Ecclesiam Parisiensem data. In ea declarant, quod approbaverint Electionem Æneæ, cujus industria & zelus celebris esset omnibus Regiam adeuntibus. Dicunt etiam cunctos se Decreto ipsius Ordinationis

(\*) Propositiones manifeste hæreticæ!

tionis subscripsisse. Hanc quoque epi- Sæculum IX.  
 stolam Lupus Ferrariensis concinnavit. A. C. 853.

Amplius isto, Concilium Vermerii  
 mense Augusto hujus anni octingentesi-  
 mi quinquagesimi tertii celebratum. Ad- tom. 8. p. 9.  
 fuere Metropolitanæ quatuor cum suis Suf- Capit. to. 2.  
 fraganeis, videlicet Venilo Archiepisco- p. 58.  
 pus Senonensis, Hincmarus Remensis,  
 Paulus Rotomagensis, Amalaricus Turo-  
 nensis & quidam alii Episcopi ex Provin-  
 cia Lugdunensi. Hic iterum aliquid oc-  
 currit de infirmitate Herimanni Episco-  
 pi Nivernensis, cujus jam in Concilio  
 Sueffionensi mentio facta; & quia cura  
 ipsius Archiepiscopi plurimum ei profue- Sup. §. 28.  
 rat, Regimen Ecclesiæ suæ denuo rece-  
 pit. In hoc quoque Concilio Articuli,  
 quos Rex Carolus in Synodo Sueffionensi  
 promulgari jusserat, approbati.

#### §. XIV.

##### *Martyres Cordubenses.*

At Cordubæ Mahomet persecutione Eulog. III.  
 Christianorum Regnum auspiciatus memor. p. 1.  
 prima die omnibus, qui Patri suo servie-  
 rant, e Regia ejectis, iisdem tributum  
 imperavit, & militibus Christum colen-  
 tibus stipendia eripuit. Ad præfecturas  
 deligebat, quos Christianis infensissimos  
 noverat; unde non solum severissime  
 puniebantur, si qui Prophetam illorum  
 contempssent, sed permulti ad Super-  
 stitio-

*Hist. Eccles. Tom. XI,*

OO

stitio-